

Tabula quattuor librorum

Summarium libri de consolacione theologicie.

De prohemio nota
tur quatuor cause theologicae consolacionis
que sunt Spes Scriptura Patientia et
Doctrina. In primo metro deflet miseria
ciuilis dissensionis. In pria prosa
propter libri colloquium monicus id est
solitarius. et volucr id est nūcius in mem-
dius super statu peregrini seu viatoris/
et de eius consolacione per theologiam. In
secundo metro ponitur laus theologie in
hoc quod est efficax consolari. In secunda
prosa ponit primo quod theologiam suam co-
solatorem inchoat ubi et unde desinit philosophica
consolatio scilicet quod cuncta agimur
ante oculos iudicis cuncta cernentis. Am-
plius quod triplex est iudicium dei unde con-
surgit in nobis spes et timor et quomodo
se comitatur Amplius quod cum sobrietate
potest utiliter recognoscari et tradi consideratio
iudiciorum dei in predestinatione et re-
probatione sicut fecit apostolus. Et dein
de qualitate oritur inde consolatio intima et
solis expertis cognita. In tertio metro
agitur de sentimento talis consolacionis.
In tertia prosa agitur primo in specia
li si causa sit aliqua cur deus istu vel illu
predestinaverit. Deinde cum qua cautela
talis consideratio in particulari debeat aut
possit admitti. Denique quo pacto potest
quietari spes in deo. In quarto metro
ponuntur exempla quomodo per tentacio-
nes non euellit spes. In quarta prosa
traditur primo in quo spes consistit et de
nullo hic est desperandum. Amplius quo
modo per summam desperationem venitur ad
spem. et quantum sit utilis consideratio di-
vine predestinationis. Rursus agitur de
corroboratione spei exemplo sanctorum et
quomodo stat cum libertate. nec tamen ple-
ne potest hoc intelligi sine gratia dei que
est vincere docens de omnibus. In quinto et
ultimo metro ponit comparatio cuiusdam
naute qui ex mediis tempestatibus exilit
in locum tutum et secretum.

De secundo libro

A prima prosa secundi libri tabula
huius est sermo de statu peregrini inter

serendo de variis speciebus false spei. et ad-
dendo ex consideratione diuine bonitatis
omnia libere gubernantis sumit secunda
causa theologicae consolacionis. In pri-
mo metro reprobatur opinio philosophorum
quod deus agit de necessitate nature sicut
sol lumen suum. In secunda prosa da-
tur ratio cur diuina voluntas non est dicen-
da agere ad extra de necessitate naturae Quo
modo preterea procedit aliter theologia quam
philosophia. Addit distinctio trimetris
de voluntate humana et de conformitate
eius ad diuinam. In secundo metro de-
claratur qualiter affectio et industrie quam spar-
sim sunt in brutis animalibus collecte sunt
in homine et in eius ratione cui subditur
eius appetitus. In tertia prosa fit conque-
stio super difficultate quam patitur liberum
arbitrium in regendo corpus conformandi vo-
luntatem humanam diuine exemplo christi.
Tandem causa redditur de varietate iu-
dicio per humanorum. In tertio metro datur
ratio diversificationis iudicij rationis per si-
militudinem luminis visi per nubes aut in
specul variatis. In quarta prosa fit in-
vestigatio qualiter adiuuatur libertas arbitrii.
At inferius quod nihil est casuale vel fortui-
cum in ordine ad primam causam. et iuxta
quod sensum ipsa posset dici fortuna vel sa-
tum. Addit qualiter ex his que deus in-
uenitur reuelasse et preservuisse pulchritume
et salubres veritates elucescunt. In quar-
to metro docemur sub exemplo quadruplici
qualiter insequuntur debetemus dei voluntate.

Tabula tertii libri

In prima prosa tertii libri post recapitu-
latorem inchoat sermo de consolacione theo-
logie per patientiam describendo quid sit zelus.
In primo metro docetur per similitudinem
ignis et fuliginis quantum periculosus
est zelus si non gubernatur ratione. In se-
cunda prosa deducitur hoc idem per affectus
humanos dando causam cur zelus tur-
bat indicium velut in somniis. Qualis pre-
terea zelus esse debeat tam in habentibus
auctoritate regitiam quam in carentibus ea.
Denique notantur plures cause turbatuer
zeli in rectoribus. In secundo metro lauda-
tur vita solitaria sibi vacas. In tercia pro-
sa fit sermo de illorum zelo qui non habent re-
gimen aliquod publicum docendo sub qui-

De consolatione theologie

busdam regulis qualiter et ubi debeat uti vel non uti zelo suo. In tertio metro docemur quod quilibet sit certus vocatio sua et secundum illam bene agat et ita proderit omnibus nec se ledet. In quarta prosa declarat quod solitarius potest omnibus proficere. Deinde subiungitur sermo de patientia quod in ea consolatio theologia reponatur. In quarto metro ponit utilitas patientie sub exemplo Job afflitti.

Tabula quarti libri

In quarto libro prosa prima loqui curitur de trepidatione conscientie humanae respectu iudiciorum dei. Et quod nibilominus labores assumendi sunt pro republica et adiutorio aliorum fundando se in doctrina sacra. In primo metro datur ratio cur deus legem naturalem dedit in scriptis lapideis. Dehinc in euangelica lege repetitum. In secunda prosa ponit diffuse distinctionem de triplici certitudine addendo quod liter intelligi debeat illud Gregorij. Bonarum metuum est culpam agnoscere ubi culpa non est. Et qualiter potest hoc sine mendacio fieri.

In secundo metro docemur qualiter uti debeamur scrupulis orientibus ex preteritis culpis.

In tertia prosa fit iterum sermo super eadem recte docendo quod serenatio conscientie per sentimenta deuota non est signum efficacis diuine gratie gratum facientis. Additur de modo se habendi respectu scrupulorum consurgentium circa ea que sunt posterius agenda. et qualis certitudo sufficit et unde colligitur.

In tertio metro loquitur quod precepta legis nature sunt etiam precepta fidei ac legum euangelice. conquerendo de erroribus continentibus circa ea.

In quarta prosa loquitur incidenter de the-

ologis et iuristis quales esse deberent et quales aliqui sunt. Concludendo quod in morali negocio non potest universalis ars traditi que conferre sufficiat certitudinem in particulari quilibet agibili quin consurgere possint scrupuli mentis inquietationi.

In quarto metro docet quomodo pacem tis possit aut debet inueniri.

In quinta prosa ponitur sub persona theologie / grandis orationis consolatoria super casibus humanis. noctatim illius qui tunc franciam conturbabat. Concludendo super munus consolacionis theologie gradum in animi preparacione ad martyrium.

Explicit tabula quatuor librorum de consolatione theologie.

Nota pro intellectu

ctu huius dialogi. quod volucer est intellectus discursinus et ratiocinatus. Donicus est intellectus meditatus et inquisitus. Peregrinus est homo contemplatus simul et actius. Pro sensu vero litteraliter notandum quod cum extimus doctor Johanes de gerson ex concilio constantiensi recedens franciam propter minas ducis burgundie peregre non auderet. Nec esset in montana Bavaria. Ibi in Rathemberg opido anno dñi. Mccccviii. conscripto hoc dialogo introducit volucrē nuncium a se peregrino ad Johanes monachum fratrem suum qui prior celestinorum lugduni degebat proferente quemadmodum per theologiam peregrinationem suam consoleat. Et sicuti Boetius de consolatione philosophie in forma scribendi imitata. Ita etiam consolacionis argumentum ubi ille dimisit. hic continuare conat

Sequitur Liber primus de consolatione theologie. aa 3